

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Avli Gellii Noctivm|| Atticarvm Li-||bri Vndevi||ginti

Gellius, Aulus

Venetiis, 1515

Liber Secvndvs.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-724024](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-724024)

A V L I G E L L I N O C T I V M A T T I C A
R V M C O M M E N T A R I I .

L I B E R S E C V N D V S .

Quo genere solitus sit philosophus Socrates exercere patientiam corporis: deq; eiusdem viri patientia. Caput Primum.

Inter labores uoluntarios, & exercitia corporis ad fortuitas patientiæ uices firmamentum id quoq; accepimus Socratem facere insuenisse. stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu per dius, atq; pernox à summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconni- uens, immobilis, iisdem in uestigijs, & ore, atq; oculis eundem in locum directis cogitabundus, tanquã quodam secessu mentis, atq; animi facto à corpore.

Quam rem cum Phauorinus de fortitudine eius uiri, ut pleraq; differens attigisset: πολλὰκις inquit, ἔξ ἡλιέεις ἥλιον ἐςἡμεῖ ἀστραβέειρος τῶν πρέμμων. Temperantia quoq; eum fuisse tanta traditum est: ut omnia fere uitaë suæ tempora ualitudine inoffensa uixerit. In illius etiam pestilentiaë uasitate, quæ in bello peloponnesiaco in primis ipsam Athenensium ciuitatem internechino genere morbi depopulata est: Is parcendi, moderandiq; rationibus dicitur & a uoluptatum labe cauisse: & salubritates corporis retinuisse: ut nequaquam fuerit communi omnium cladi obnoxius.

A. GEL.

Quæ ratio, observatioq; officiorum esse debet
ter patres, filiosq; in discumbendo sedendoq;, atq;
id genus rebus, domi forisq;, si filij magistratus
& patres privati, superq; ea re Tauri philosophi
sertatio, & exemplum ex historia Romana petito

Caput

II.

D philosophum Taurum Athenas, uis
di cognoscendiq; eius gratia, uenerat
Cl. præses Cretæ provinciae, & cum eo
mul eiusdem præsidis pater. Taurus sectatoribus
modum dimissis, sedebat pro cubiculi sui foribus
cum assistentibus nobis sermocinabatur. Intro
provinciæ præses, & cum eo pater. Assurrexit
cide Taurus, & post mutuam salutationem reseda
Allata mox una sella est: quæ in promptu era
atq; dum aliæ promebantur: apposita est.
Inuitauit Taurus patrem præsidis, ut sederet. A
ille ait, sedeat hic potius, qui Po. Ro magistratus
Absq; præiudicio inquit Taurus, tu iterea sede
inspicimus, querimusq; utrum conueniat te ne
tius sedere, qui pater es, an filium qui magistratus
est. Et cum pater assedisset, appositumq; esset alia
filio quoq; eius sedile, uerba super ea re Taurus
cit cum summa (dij boni) honorum, atq; officiorum
perpensatione. eorum uerborum sententia hæc fu
In publicis locis, atq; muneribus, atq; actionibus
trum iura, cum filiorum qui in magistratu sunt
testatibus collata interquiescere paululum, & con
nuere. Sed cum extra remp. in domestica re, atq;
ta sedeatur: ambuletur, in conuiuio quoq; familie
discumbatur.

discumbatur: tum inter filium magistratum, & patrem priuatum publicos honores cessare: naturales & genuinos exoriri. hoc igitur inquit, quod ad me uenistis, quod colloquimur nunc, quod de officijs disceptamus, priuata actio est. Itaq; utere apud me ijs honoribus prius, quibus domi quoq; nostræ te uti priorem decet. Hæc, atq; alia in eadem sententiam Taurus grauius simul, & comiter disseruit. quid autem super huiuscemodi patris, atq; filij officio apud Claudium legerimus, non esse ab re uisum est, ut ad scriberemus. Posuimus igitur uerba ipsa Quadrigærij ex annali eius. VI. transcripta. Deinde facti consules Sempronius Gracchus iterum. Q. Fabius maximus filius eius, qui priore anno erat consul: ei consuli pater proconsul obuiam in æquo uehens uenit. Neq; descendere uoluit, quod pater erat: et quod inter eos sciebant maxima concordia conuenire, libertores non ausi sunt descendere iubere. Vbi iuxta uenit, tum consul ait descendere iube. quod postea quã licitor ille, qui apparebat: cito intellexit: Maximum proconsule descendere iussit. Fabius imperio paret: & filium collaudauit, cum imperium, quod populi esset, retineret.

Qua ratione uerbis quibusdam, uocabulisq; ueteres immiserunt. h. literæ spiritum. Caput III.

Litera, siue illam spiritum magis, quã literã dici oportet: inferebant eam ueteres nostri plerisq; uocibus uerborum firmandis

d

A. GEL.

- roborandisq; ut sonus earum esset uiridior, uerborq; . Atq; id uidentur fecisse studio, & exemplo graecae atticae. satis notum est Atticos ἰ χθὺν ἰ pov, uerum etiam alia, contra morem gentium Graeciae ceteris inspirantis primae literae dixisse. Sic lachrymarum, sic sepulchrum. sic ahenum. sic uehemens. sic inchoare, sic belluari. sic hallucinari. sic honera. sic honorari, dixerunt. In his enim uerbis omnibus literae, firmitas, & vigor uocis, quasi quibusdam neruis additis intenditur. Sed quoniam aheni quoq; exemplo usi sunt, uenit nobis in memoriam, fidu, optatumq; multum minus Romae grammaticum ostendisse mihi librarij aeneidos secundum mirandae uetustatis, emptum a gillarjs. XX. aureis. quem ipsius Virgilij scripsisse debet: in quo duo isti uersus cum ita scripti forent.
- ” Vestibulum ante ipsum, primoq; in limine Pyrrae
 - ” Exultat telis, & luce coruscus aena.
- Additam supra uidimus. h. literam, et ahenam fieri. Sic in illo quoq; Virgilij uersu in optimis libris scriptum inuenimus.
- ” Aut folijs undam tepidi dispumat aheni.

Quam ob causam C. Bassus genus quoddam iudicij diuinationem appellari scripsit. Et quam causam esse eius uocabuli dixerunt. Cap. II.

Utrum de constituendo accusatore quaeritur, et iudiciumq; super ea redditur: cuiusnam potestatem ex duobus, pluribusue accusatio

scriptione in reum permittatur: ea res, atq; iudicium
 cognitio Diuinitio appellatur. Id uocabulum quam
 ob causam ita factum sit: quæri solet. C. Bassus in ter
 tio librorum, quos de origine uocabulorum composu
 it. Diuinitio inquit iudicium appellatur: quoniam di
 uinare quodammodo iudicem oporteat, quam senten
 tiam sese ferre par sit. Nimis quidem est in uerbis C.
 Bassi ratio imperfecta, uel magis inops et ieiuna. Sed
 uidetur eum significare uelle, iacirco dici diuinatione,
 qd in alijs qdem causis iudex ea, quæ dicit, quæq; ar
 gumentis, uel testibus demonstrata sunt: sequi solet.
 In hac autem re, cum eligendus accusator est: parua
 admodum, et exilia sunt, quibus moueri iudex pos
 sit: & propterea qui nam magis ad accusandum
 idoneus sit: quasi diuinandum est. Hæc Bassus.
 Sed alij quidem diuinationem esse appellatam pu
 tant: quoniam cum accusator & reus duæ res quasi
 cognitæ coniunctæq; sint: neq; utra sine altera con
 stare possit: in hoc tamen genere causæ reus quidē
 iam est. sed accusator non dum est: & iacirco, quod
 adhuc usq; deest, & latet: diuinatione supplendum
 est, quisnam sit accusator futurus.

Quam lepide, designateq; dixerit Phauorinus philo
 sophus, quid intersit inter Platonis & Lysia ora
 tionem. Cap. V.

P H auorinus de Lysia et Platone solitus est
 dicere, si ex Platonis inqt oratione uerbum
 aliquod demas, mutes ue: atq; id comodissime facias: de
 elegantia tantum detraxeris, si ex Lysia, de sententia.

Quibus uerbis ignauiter, et abiecte Virgilius
 sus esse dicatur, & quid is, qui improbe dicentem
 spondeatur. Caput VI.

- Nonnulli grammatica aetatis superioris,
 quibus est Cornutus Anneus, haud sane
 docti, neq; ignobiles, qui commentaria
 Virgilium composuerunt: reprehendunt, quasi
 curiose, & abiecte uerbum positum in his uersibus
 Candida succinctam latrantibus inguina monstrant
 Dulichias uexasse rates: & gurgite in alto
 Ah, timidos nautas canibus lacerasse marinis.
 Vexasse enim putant uerbum esse leue, & temerarium
 ac parui incommodi, nec tantae atrocitati congruum
 cum homines repente a bellua immanissima rapi
 laniatiq; sint. Item aliud huiuscemodi reprehendunt
 Omnia iam uulgata, quis aut Eurysteu durum
 Aut illaudati nescit Busyridis aras? Illaudati
 rû idoneum esse uerbum dicunt. neq; id satis esse ad
 sciendam scelerati hominis detestationem: qui
 hospites omnium gentium immolare solitus fuit
 laude indignus, sed detrectatione, execrationeque
 tuius generis humani dignus esset. Item aliud
 uerbum culpauerunt.
 Per tunicam squalentem auro latus haurit aperit
 Tanquam non conuenerit dicere, auro squalentem
 quoniam nitoribus, splendoribusq; auri squaloribus
 lunies sit contraria. Sed de uerbo uexasse ita
 uideri posse credo: uexasse graue uerbum est. Factum
 ab eo uidetur, quod est uehere: in quo inest iam

quædam alieni arbitrij. Non enim sui potens est, qui uehitur. Vexare autem, quod ex eo inclinatum est: ui atq; motu proculdubio inclinatum est. nam qui fertur, & raptatur, atq; huc, atq; illuc distrahitur: is ue xari proprie dicitur: sicuti taxare pressius, crebriusq; est, quã tangere. unde proculdubio id inclinatum est, & iactare multo fusius, largiusq; est, quã iacere, id unde uerbum tractatum est. Et quassare, quã quatere grauius, uolētiusq; est. Non igitur quæ uulgo dici solet. uexatum esse quem fumo, aut uento, aut puluere, propterea debet uis uera, atq; natura uerbi deperire: quæ à ueteribus, qui proprie, atq; signate locuti sunt: ita, ut decuit, conseruata est. M. Cato uerba sunt ex oratione, quam de Achæis scripsit. Cumq; Annibal terram Italiam laceraret: atq; uexaret: uexatam Italiam dixit Cato ab Annibale, quando nullum calamitatis, aut seuitiæ, aut immanitatis genus reperiri queat: quod eo tempore Italia non ppeffa sit. M. Tullij in Verrē. Quæ ab isto sic spoliata, atq; direpta est: ut non ab hoste aliquo, qui tamen in bello religionem, & consuetudinis iura retineret: sed ut à barbaris prædonibus uexata esse uideatur. De illaudato autem duo uidetur responderi posse. Vnum est eiusmodi. nemo quisquam tam effe rus est moribus, quin faciat, aut dicat nonnunquam aliquid, quod laudari queat: unde hic antiquissimus uersus uice prouerbij celebratus est.

πολλοὶ καὶ κήτωρος ἀνὴρ μάλᾳ καὶ ριον εἶπεν.

Sed enim qui omni in re, atq; omni tempore laude omnino uacat: is illaudatus est. Isq; omniū pessimus de-

terrimusq; est. Sicuti omnis culpæ priuatio, incul-
 tum facit. Inculpatus autem instar est absolutæ
 tis. Illaudatus igitur quoq; finis est extrema malitias.
 Itaq; Homerus non uirtutibus appellandis, sed
 tibus detrahendis laudare ampliter solet. hoc enim
 ἡὐδα μάντις ἀμύμων. Et

τῶδ' οὐκ ἄκοντε πέτεσθιν. Et item illud.

ἐνθ' οὐκ ἄν ὑβρίζοντα ἰδοῖς ἀγαμέμνονα δῖον.

ὁ υἱὸς καταπίωσεν τ' οὐδ' οὐκ ἔθέλοντα μάχεσθαι.

Epicurus quoq; simili modo maximam uoluptatis
 detractionem, priuationemq; omnis doloris desin-
 his uerbis, ὅρος τῶ ἀλγούντος ὑπεξάρισ. Eadem
 tione idem Virg. inamabilem dixit stygiam paludem.

Nam sicut illaudatum κατὰ laudis ἔρησις, ita
 mabilem κατὰ amoris ἔρησις detestatus est. A-

ro modo illaudatus ita defenditur. laudare signifi-
 prisca lingua nominare, appellareq; sic in actiōibus
 autem a uilibus laudari id dicitur, quod est nominare.

Illudatus enim est quasi illaudabilis, qui neq; memo-
 ne, aut memoria ulla dignus, neq; unquam nominari
 dus est. Sicuti quondam à communi consilio Asia

cretum est, uti nomen eius, qui templum Dianæ Ephe-
 siæ incenderat: nequis ullo in tempore nominari

Tertium restat ex ijs, quæ reprehensa sunt: quod
 nictam squalentem auro dixit. Id autem significat
 piam, densitatemq; auri in squamarum speciem imi-

ti. squalere enim dictum est à squamarum crebri-
 tate, asperitateq;, quæ in serpentum, pisciumq; con-
 ui suntur. Quam rem & alij, & hic quidem po-
 locis aliquot demonstrat.

Quem pellis inquit, ahenis
 In plumā squamis auro cōserta tegebat. Et alio loco.
 Iamq; adeo rutilum thoracā indutus ahenis
 Horrebat squamis. A cius in pelopidis ita scribit.
 Eius serpentis squamæ squalido auro, & purpura
 prætextæ. Quicquid igitur nimis inculcatum, ob-
 tumq; aliqua re erat: & incuteret uisentibus facie no-
 ua horrorem: id squalere dicebatur. sic in corporibus
 incultis, squamosisq; alta congerie sordium squalor
 appellabatur. Cuius significationis multo, assiduoq;
 usu totum id uerbum ita contaminatum est: ut iam
 squalor de re alia nulla, quàm de solis inquina-
 mentis dici cœperit.

De officio erga parentes liberorum, deq; ea re ex
 philosophiæ libris, in quibus scriptum, quæsitumq;
 est, an semper in omnibus, patris iussis obsequen-
 dum sit. Cap. VII.

¶ Veri solitum est in philosophorum disce-
 ptationibus, an semper, inq; omnibus ius-
 sis patri parendum sit. Super ea re græ-
 ci, nostriq;, qui de officijs scripserunt: tres senten-
 tias esse, quæ spectandæ, consyderandæq; sint: tradide-
 runt, easq; subtilissime diiudicauerunt. Earum una
 est, omnibus, quæ pater imperat, parendum. Altera
 est, in quibusdam parendum, quibusdam nõ obsequē-
 dum. Tertia est, nihil necessum esse patri obseq, et pa-
 rere. Hæc sententia quoniam primore aspectu nimis
 infamis est, super ea, quæ prius dicta sunt: dicemus.

aut recte inquit, imperat pater, aut perperam.
 Si recte imperat: non quia imperat, parandum.
 quoniam id fieri ius est, faciendum est: si perperam
 nequaquam scilicet faciendum, quod fieri non oportet.
 Deinde ita concludunt: nunquam est igitur patri
 parendum, quæ imperat. Sed neq; istam sententiam
 probari accepimus. Argutiola quippe hæc
 cui mox ostendemus: frivola, & inanis est. Neque
 tem illa, quam primo in loco diximus: uera & proba
 uideri potest: omnia esse, quæ pater iusserit, parandum.
 Quid enim si proditionem patriæ, si matris necem,
 si alia quædam imperarit turpia, aut impudica?
 Media igitur sententia optima, atq; tutissima uisum est.
 Quædam esse parendum, quædam non obsequendum.
 Sed ea tamen, quæ obsequi non oportet: licet
 ter & uerecunde, ac sine detestatione nimia sine
 probratione acerba reprehensionis declinanda sunt,
 & relinquenda esse dicunt, quàm respicienda.
 Conclusio uero illa, qua colligitur sicuti supradictum
 est: nihil patri parendum, imperfecta est. Responsum
 riq; ac dilui sic potest. Omnia, quæ in rebus humanis
 sunt: ut docti censuerunt: aut honesta sunt, aut
 turpia. Quæ sua uia recta, aut honesta sunt, ut fidei
 colere: ut patriam defendere: ut amicos diligere: ut
 fieri oportet, siue imperet pater: siue non imperet.
 Sed quæ his contraria, quæq; turpia, & omnino improba
 qua sunt: ea ne si imperet quidem. Quæ uero in medio
 sunt, & a grecis tum ἀδίαφορα, tum μίτρα
 pellantur: ut in militiam ire: rus colere: honores
 pescere: causas defendere: uxorem ducere: uti iussit

proficisci: ut accersitum uenire: quoniam & hæc, & his similia per sese ipsa neq; inhonesta sunt, neq; turpia, sed perinde ut a nobis aguntur, ita ipsis actionibus aut probanda fiunt: aut reprehendenda: propterea in eiusmodi omnium rerum generibus patri parendum esse censent. ueluti si uxorem ducere imperet: aut causas pro reis dicere. quod enim utrunq; in genere ipso, per sese neq; honestum, neq; turpe est: ideo si pater iubeat, obsequendum est. sed enim si imperet uxorem ducere infamem, propudiosam, criminiosam, aut pro reo Catilina aliquo, aut C. Bibulo, aut P. Clodio causam dicere: non scilicet parendum: quoniam accedente aliquo turpitudinis numero, desinunt esse per sese hæc media, atq; indifferentia. Non ergo integra est propositio dicenda, aut honesta sunt, quæ imperat pater, aut turpia. Neq; ὑπὲρ νόμιμον διεξαρμέων uideri potest. deest enim disunctioni isti tertium, aut neq; honesta sunt, neq; turpia, quod si additur: potest ita concludi. nonnunquam est igitur patri parendum.

Quod parum æqua reprehensio Epicuri a Plutarcho facta sit in syllogismi disciplina. Cap. VIII.

Lutarchus secundo librorum, quos de Homero composuit: imperfecte, atq; præposterè, atq; inscite syllogismo esse usum Epicurum dicit. Verbaq; ipsa Epicuri ponit ὁ θάνατος ὕδ' ἐν πρὸς ἡμᾶς. τὸ γὰρ διαλυθὲν ἀνααιθετεῖ. τὸ δὲ ἀνααιθετεῖν ὕδ' ἐν πρὸς ἡμᾶς. Nam prætermisit inquit,

quod in prima parte sumere debuit ὁ θάνατος καὶ σώματος διάλυσις. Tum deinde eodem quod omiserat quasi posito, concessōq; ad confirmandum aliud utitur. progredi autem hic inquit syllogismus nisi illo prius posito non potest. Vere hoc idem Plutarchus de forma & ordine syllogismi proficit. Nam si, ut in disciplinis traditur, ita colligere & ratiotinari uelis: sic dici oportet, ὁ θάνατος καὶ σώματος διάλυσις, τὸ δὲ διαλυθὲν ἀνασθιτῆ ἀνασθιτοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. Sed Epicurus cuiusmodi homo est, non inscitia uidetur partem syllogismi prætermisisse. Neq; id ei negotium fuit syllogismum, tanquam in scholis philosophorum a numeris omnibus, et cum suis finibus dicere. Effecto quia separatio animi, et corporis in mortem dens est: non est ratus necessariam esse eius admissionem: quod omnibus prorsus erat obuium, sicut etiam quod conclusionem syllogismi non in fine fuit, sed in principio. Nam id quoq; non impeditur factum, quis non uidet? Apud Platonem quoq; in multis in locis reperias syllogismos repudiatos, conuerso ordine isto, q̄ in docendo traditur, cum elegantissimam reprehensionis contentione positos esse.

Quod idem Plutar. euidenti calumnia uerbum dictum infectatus sit. Cap. IX.

i. In eodem libro idem Plutarchus eundem Epicurum reprehendit: quod uerbo sit parum proprio & alienæ significationis.

nis. Ita enim scripsit Epicurus ὅρος τῆ μεγέθους τῶν ἰδανῶν. ἢ παντὸς τῆ ἀλγῦντος ὁ περὶ χεῖρας. Nō inquit, παντὸς τῆ ἀλγῦντος, sed παντὸς τῆ ἀλγεινῆ dice re oportuit. Detractio enim significanda est doloris inquit, non dolentis. Nimis minute, ac prope etiam subfrigide Plutarchus in Epicuro accusando λέγεις τηρεῖ. has enim curas uocum, uerborumq; elegantias, non modo non sectatur Epicurus, sed etiam in-

Quid sint fauissæ capitoline, & quid super eo uerbo M. Varro. S. Sulpitio quærenti rescripserit.

Cap. X.

Eruius Sulpitius iuris ciuilis author, uir bene literatus, scripsit ad M. Varronem, rogauitq; ut rescriberet, quid significaret uerbū, quod in censorijs libris scriptum esset. id erat uerbum fauissæ capitoline. Varro rescripsit, in memoria sibi esse, quod Q. Catulus curator restituendæ capitoli dixisset. Voluisse se aream capitolinam deprimere, ut pluribus gradibus in eandem conscenderetur. Suggestusq; pro fastigiū magnitudine altior fieret: sed facere id non quisse, quoniam fauissæ impedissent. Id esse cællas quasdā et cisternas, quæ in area sub terra essent: ubi reponi solerent signa uetera, quæ ex eo templo collapsa essent, et alia quædā religiose donarijs consecratis. At deinde eadē epistola negat quidem se in literis inuenisse, cur fauissæ dictæ sint. sed Q. Valeriū Soranū solitum dicere ait, quos

thesauros graeco nomine appellaremus, priscos la-
nos flauissas dixisse: quod in eos non rude aēs, argu-
tumq; sed flata, signataq; pecunia conderetur. Ca-
iectare igitur se detractam esse ex eo uerbo secu-
dam literam, et flauissas esse dictas caellas quae
et specus, quibus aeditui capitolini uterentur ad
sto diendas res ueteres religiosas.

De Sicinio Dentato egregio bellatore multa me-
ratu digna. Caput XI.

Vicum Siciniū dentatum, qui trib. pl. p.
l Sp. Tarpeo Au. Thermo COSS. scriptus
in libris annalium, plus quā credi debet
strenuum bellatorem fuisse. Nomēq; ei factum ob
gentem fortitudinem, appellatumq; esse Achillem
manum. Is pugnasse in hostem dicitur centū et
prælijs. Cicatricem auersam nullam, aduersas q;
et XL. tulisse. Coronis esse donatum aureis ob
Obsidionali, una. Muralibus tribus. Ciuicis. XII.
Torquibus tribus et LXXX. Armillis plus
LX. hastis duodeuiginti. Phaleris item donatus
qui quies uicēsq; populi militaria dona habuit
titiu ga, in his prouocatoria pleraq;. Triumphauit
Imperatoribus suis triumphos nouem.

Consyderata, perpensaq; lex quaedam Soloni-
ciem habens primorē iniquae, iniustaeq; legis, sed
usum, et emolumentum salubritatis penitus re-
tam. Caput XII.

N legibus Solonis illis antiquissimis, quæ
i Athenis axibus ligneis iactæ sunt: quasq;
latas ab eo Athenienses, ut sempiternæ ma-
nerent: poenis, & religionibus sanxerunt: legem esse
Aristoteles refert scriptam ad hanc sententiã. Si ob
discordiam, dissensionemq; seditio, atq; discessio popu-
li in duas partes fieret: et ob eam causam irritatis
animis utrinq; arma caperentur: pugnareturq; tum
qui in eo tempore, in eoq; casu ciuilibus discordiæ, non
alterutra parte sese adiunxerit: sed solitarius sepa-
ratusq; à communi malo ciuitatis secesserit: is domo,
patria, fortunisq; omnibus careto, exul extorrisq; e-
sto. Cum hanc legem Solonis singulari sapientia præ-
diti legissemus: tenuit nos grauis quædam in prin-
cipio admiratio, requirentes quam ob causam dignos
esse poena existimarit: qui se procul à seditione, et ci-
uili pugna remouissent. Tum qui penitus, atq; alte-
usum, ac sententiam legis inspexerat: non ad augen-
dam, sed ad desinendam seditionem, legem hanc esse
dicebat: & res prorsum se sic habent. Nã si boni ho-
mines, qui in principio coercendæ seditionis impa-
res fuerint: populumq; peratum, & amentem nõ de-
terruerint: ad alterutram partem diuisi sese adiun-
xerint: tum eueniet, ut cum socij partis seorsum u-
triusq; fuerint, eoq; partes ab ijs, ut maioris autho-
ritatis uiris, temperari, ac regi cœperint: concordia
per eos potissimum restitui, conalariq; possit: dum et
suos, apud quos sunt, regunt: atq; mitificatnt: & ad-
uersarios seruatos magis cupiunt, quã perditos. Hoc
idem Phauorinus philosophus iter fratres quoq; aut

amicos dissidēters oportere fieri censebat: ut qui in medio sunt utriusq; partis beneuoli: si in concordiā anittenda parum authoritatis, quasi ambigui habuerint: tum alter in alteram partem discedat. Ac per id meritum uiam sibi ad utriusq; concordiā muniant. Nunc autem pleriq; inquit, partis utriusq; amici, quæ si probe faciant: duos litigantes deserunt: & relinquunt, deduntq; eos aduocatis maleuolis, aut auaris, qui lites, animasq; eorum in flammam aut odij studio, aut lucri.

Liberos in multitudinis numero etiam unum filiam'ue ueteres dixisse. Caput XIII.

Antiqui oratores, historiæq;, aut carminum scriptores etiam unum filium, filiam'ue ueteres multitudinis numero appellauerunt. quoq; nos cum in complurium ueterum libris scriptum aliquoties aduerteremus: nunc quoq; in libro Sempronij Asellionis rerum gestarum quinto inscriptum esse ostendimus. Is Asellio sub P. Scipione Africano tri. militum ad Numantiam fuit: resq; quibus gerendis ipse interfuit: conscripsit. Eius uerba de Tib. Graccho trib. ple. quo in tempore interfectus in capitolio est: hæc sunt. Nam Gracchus domo proficisceretur, nunquam minus terna, aut quater millia hominum sequebantur, atq; inde infra deinde Graccho ita scripsit. Orare cœpit, ut se desererent, liberosq; suos, eum, quem uiriliter sexus tum eo tempore habebat, produci iussit: populoq; com-

dauid prope flens.

Quod M. Cato in libro, qui inscriptus est contra Tib. exulem, stitisses uadimonium per i literam dicit, non stetisses. Eiusq; uerbi ratio reddita.

Caput

XIIII.

In libro uetere M. Cat. qui iscribitur contra Tiberium exulem, scriptum quidem sic erat. Quid si uadimonium capite obuoluto stitisses? Recte ille stitisses scripsit. Sed falsi, & audaces emendatores e scripto per libros stetisses fecerunt, tanquam stitisses uanum, & nihili uerbum esset. quin potius ipsi nequam, et nihili sunt: qui ignorant stitisses dictum a Catone, quonia sisteretur uadimonium non staretur.

Quod antiquitus etati senectæ potissimum habiti sint ampli honores, & cur postea ad maritos, & patres idem isti honores delati sint: atq; ibi quædam de capite legis Iulie. VII. Caput XV.

Pud antiquissimos Romanorum neq; generi, neq; pecunie præstantior honos tribuam quam etati solitus. Maioresq; natu a minoribus colebantur, ad Deum prope, & parentum uicem. Atq; in omni loco, inq; omni specie honoris priores potioresq; habiti a conuiuio quoq; ut scriptum est in antiquitatibus, seniores a minoribus domum reducebantur. eumq; morem accepisse Romanos a Lacedæmonijs traditum est, apud quos Lycurgi

legibus maior rerum omnium honos maiori ætate
 bebatur. Sed postquam soboles civitati necessaria
 sa est: & ad prolem populi frequentandã præ
 atq; inuitamentis usus fuit: tum antelati quibus
 in rebus, qui uxorem, quiq; liberos haberent, ser
 ribus neq; liberos, neq; uxores habentibus. Si citi
 pite. VII. legis Iulie priori ex consulibus fasces
 mendi potestas sit: non qui plures annos natus esse
 qui plures liberos quã collegã, aut in sua potest
 habet, aut bello amisit. Sed si par utriq; numer
 berorum est: maritus, aut qui in numero maritor
 est, præfertur. Si uero ambo & mariti, & patre
 tidem liberorum sunt: tum ille pristinus honos
 ratus, & qui maior natus est, prior fasces sumit.
 per iis autem, qui aut cœlibes ambo sunt: aut pa
 numerum filiorum habent: aut mariti sunt, & u
 ros non habent: nihil scriptum in lege de ea ætate
 solitos tamen audio, qui lege potiores essent, fasces
 mi mensis collegis concedere, aut longe ætate præ
 bus, aut nobilioribus multo, aut secundum consue
 tum ineuntibus.

Quod Cællius Vindex a' Sulpitio A. Pollione
 reprehensus est in sensu Virgiliani enarratione

Caput

XVI.

Virgilij uersus sunt è libro sexto.

Ille uides pura inuenis qui nititur haurire

Proxima sorte tenet lucas loca. primus

A etherias italo commistus sanguine surget

Syluius albanum nomen tua posthuma proles:

Quem tibi longæuo serum Launia coniux

Edm.

Educat syluis regem, regumq; parentem:
 Vnde genus longa nostrum dominabitur Alba.
 Videbantur hæc nequaquam conuenire Tua posthu-
 ma proles. &

Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux
 Educat syluis regem. Nam si hic Syluius, ut in
 omnium fermè annalium monumentis scriptum est:
 post mortem patris natus est: ob eamq; causam præ-
 nomen ei impositum hoc fuit: quæ ratione subiectum

Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux (est.
 Educat syluis? Hæc enim uerba significare uiri-
 deri possunt Aenea uiuo, ac iam sene natum ei Syl-
 uium, & educatum. Itaq; hanc sententiam esse uer-
 borum istorum Cesellius opinatus in commentario
 lectionum antiquarum, posthuma inquit, proles non
 eum significat, qui patre mortuo, sed qui postremo lo-
 co natus est: sicuti Syluius, qui Aenea iam sene tardo,
 seroq; partu est editus. Sed huius historiae authorem
 nullum idoneum nominat. Syluium autem post Ae-
 neæ mortem, sicuti diximus, natum multi tradide-
 runt. Iairco Apollinaris Sulpitius inter cætera, in
 quibus Cesellium reprehendit. hoc quoq; eius quasi
 erratum animaduertit. Errorisq; istius hanc esse cau-
 sam dixit, quod scriptum ita sit. Quem tibi longæ-
 uo inquit, non seni. Significatio enim est contra hi-
 storiae fidem, sed in longum iam æuum, & perpetuū
 recepto immortalisq; facto. Anchises enim, qui hæc
 dicit ad filium, sciebat eum, cum hominum uita di-
 scessisset: immortalem indigetem futurum, & lōgo
 perpetuoq; æuo potiturū. Hoc sane Apollinaris ar-

A. GEL.

gute. Sed alium tamen est longum ævum, aliud
petuum. Neq; dij longævi appellantur, sed im-
tales.

Cuiusmodi naturam esse quarundam pro-
tionum M. Cicero animaduertit: disceptatum
super eo ipso, quod Cicero observauerat.

Caput

XVII.

o Bseruate, curiosèq; animaduertit M.
us in, & con præpositiones uerbis, quæ
cabulis præpositas, tunc producta, atq;
tendi, cum literæ sequerentur, quæ primæ sunt
piante, atq; felice. In alijs autem omnibus con-
pronuntiar. Verba Ciceronis hæc sunt. Quæ
ro hoc elegantius, quod non fit natura, sed quæ
instituto? Inclutus dicimus breui prima litera
nus producta, inhumanus breui, infelix longæ
ne multis, quibus in uerbis eæ primæ literæ
quæ in sapiente, atq; felice, producte dicuntur.
teris uero omnibus breuiter. Itemq; composi-
suenit, concrepuit, confecat, consule ueritatem,
hendet: refer ad aureis, probabunt. Quæ
sit? dicent, probe se inuari. uoluptati autem
morigerari debet oratio. Manifesta quidem
suauitatis est in ijs uocibus: de quibus Cicero
est: sed quid dicemus de propositione pro? quæ
producat, & corripit soleat: observationem hanc
men M. Tullij aspernata est. Non enim semper
atur, cum sequitur ea littera, quæ prima est
bo fecit: quam Cicero hanc habere uim signifi-
propter eam rem, in & con, præpositiones pro-

tur. Nam proficisci, & profundere, & profugere,
 & profanum, & profestum correpte dicimus: pro-
 ferre autem, & profligare, & proficere producte.
 cur igitur ea litera, quam Cicero productionis causam
 facere obseruauit: non in omnibus consimilibus ean-
 dem uim aut rationis, aut suauitatis tenet? sed ali-
 am uocem produci facit, aliam corripit? Neque uero
 con particula, tum solum producat, cum ea litera,
 de qua Cicero dicit: insequitur. Nam & Cato &
 Sallustius foenoribus inquit coopertus est. Propterea
 colligatus, & connexus producte dicuntur. Sed tamen
 uideri potest in ijs, quæ posui, ob eam causam par-
 ticula hæc produci: quoniam eliditur ex ea n lite-
 ra. Nam detrimentum literæ productione syllabæ
 compensatur. Quod quidem etiam in eo seruatur,
 quod est cogō. Neq; repugnat, quod coegi & corre-
 pte dicimus. Non enim *salua ουραπέει* dicitur à
 uerbo, quod est cogō.

Quod Phædon Socraticus seruus fuit, quodq; itē
 alij complusculi seruitutem seruierunt.

Cap. XVIII.

Phædon elidens ex cohorte illa socratica
 fuit: socraticq; & Platoni persuit familia-
 rus. Eius nomini Plato illum librum di-
 uinum de immortalitate animæ dedit.

Is Phædon seruus fuit, forma, atque ingenio li-
 berali, & ut quidam scripserunt: à lenone do-
 mino puer ad merendum coactus. Eum Cebes

Socraticus hortate Socrate emisse dicitur: habet
 in philosophiæ disciplinis. Atq; is postea a philosopho
 illustris fuit. Sermonesq; eius de Socrate admodum
 elegantes leguntur. Alij quoq; nō pauci serui fuerunt
 qui post philosophi clari extiterunt. Ex quibus
 Menippus fuit: cuius libros M. Var. in satyris
 laudat: quas alij cynicas, ipse appellat menippeas.
 Sed & Theophrasti peripatetici seruus Pompeius
 & Zenonis stoici seruus, qui Perseus uocatus est
 Epicuri, cui nomen Mus fuit: philosophi non
 bres uixerunt. Diogenes etiā Cynicus seruitutem
 uiuit: sed is ex libertate in seruitutem uenit
 quē cum emere uellet Xenades Corinthius: et
 id artificij nouisset percūctatus foret: Non
 genes hominibus liberis imperare. Tum Xenades
 sponsum eiusdē miratus emit: et manumisit
 suos ei tradens, accipe inquit, liberos meos, quos
 peres. De Epicteto autem philosopho nobili, qui
 quoq; seruus fuit: recentior est memoria, quā
 bi, quasi oblitteratum debuerit. Eius Epicteti
 se scripti duo uersus feruntur: ex quibus late
 telligas: non omnes modo dijs exosos esse: qui
 uita cum erumnarum uarietate luctantur: sed
 canas causas, ad quas paucorum potuit peruen
 riositas.

Ἰσλος ἐπίκτιτος γένομην. καὶ σώματι πηρὸς,
 καὶ πένιν ἴρος. καὶ φίλος ἀθανάτοις.

Rescire uerbum quid sit, & quā habeat uer
 propriam significationem. Cap. X.

Erbum rescire obseruauimus uim habere
 propriam quandam, non ex communi signi-
 ficatione ceterorum uerborum, quibus ea-
 dem præpositio re imponitur. Neque ut rescribere, rele-
 gere, restituere, dicimus itidem rescire. Nam qui fa-
 ctum aliquod occultius, aut inopinatum, insperatūq;
 cognoscit: is dicitur proprie rescire. Cur autem in hoc
 uno uerbo re particula huius sententiæ uim habeat:
 equidem adhuc quæro. A liter enim dictum esse resc-
 ui, aut rescire apud eos, qui diligenter locuti sunt, nõ
 dum inuenimus: quàm super his rebus, quæ aut oc-
 culto consilio latuerint: aut contra spem, opinionem
 ue usu uenerint. quàmquam ipsum scire de omnibus
 communiter rebus dicatur, uel aduersis, uel prospe-
 ris, uel insperatis, uel expectatis. Nenuius in tripha-
 lo ita scripsit.

Si unquam quicquam filium rescuero

Argentum amoris causa sumpsisse mutuum:

Extemplo illò te ducam, ubi non despuas.

Claudius Quadrigarius in primo annali. Ea

Lucani ubi rescuuerunt sibi per fallacias uerba da-
 ta esse. Item Quadrigarius in eodem libro in
 re tristi, et inopinata, uerbo isto ita utitur. Id ubi
 rescuuerunt propinqui obsidum, quos Pontio tradi-
 tos supra demonstrauimus: eorum parentes cum pro-
 pinquis capillo passo in uiam prouolarunt. M. Cato
 in quarto originum. Deinde dictator iubet postridie
 magistrum equitum arcessi. Mittam te, si uis, cum e-
 quitibus. Serò est inquit, magister equitum, iam re-
 sciuere.

A. GEL.

Quæ uulgo dicuntur uiuaria id uocabulum
res non dixisse, & quid pro eo P. Scipio in oratione
ad populum, quid postea M. Var. in libris de
rustica dixerit, usurpatum. Cap.

Iuaria, quæ nunc dicuntur septa quæ
loca, in quibus feræ uiuæ pascuntur.
Var. in lib. de re rustica. iij. dicit leporaria
appellari. Verba Var. subiecta. Villaticæ pastura
nera sunt tria, ornithones, leporaria, piscinae.
ornithones dico omnium alitum, quæ intra par
uilla solent pasci. Leporaria te accipere uolo, pro
quæ tritani nostri dicebant, ubi soli lepores sunt
omnia septa ædificia uillæ, quæ sunt, & habent
clusa animalia, quæ pascuntur. is item infra in
lib. ita scribit. Cum emisti fundum Tusculanum
M. Pisone, in leporario apri fuerunt multi. Viuaria
tem quæ nunc uulgo dicit sunt, quos *trapades*
græci appellant: quæ autem leporaria Var.
haud usquam memini apud uetustiores scriptores
quod apud Scipionem omnium ætatis suæ purior
locutum legimus: roboraria aliquot Romæ doctores
ros dicere audiui id significare, quod nos uiuaria
mus. Appellataq; esse à tabulis roboreis, quibus
essent: quod genus septorum uidimus in Italia
plerisq;. Verba ex oratione eius contra Clau.
lium quinta hæc sunt. Vbi agros optime col
& uillas expolitissimas uidisset: in his regionibus
celsissimo locorum murum statuere aiebat. inde
gere uiam, alijs per uineas medias, alijs per rob

ritum, atque piscinam, alijs per uillam. Lacus uero
 & stagna, quæ piscibus uiuis coercentur clausa:
 suo atque proprio nomine piscinas nominauerunt.
 A piaria quoque uulgus dicit loca, in quibus siti aluei
 apum. sed neminem eorum ferme, qui incorrupte lo-
 citi sunt: aut scripsisse memini, aut dixisse. M. autem
 Var. de re rustica. iij. μελιάρωνες, ut ἀμπελώνες.
 id est σαπρώνες inquit, ita facere oportet: quæ qui-
 dem mellaria appellabāt. Sed hoc uerbum, quo Var.
 usus est, græcum est: nam μελιάρωνες ita dicuntur.

super eo sydere, quod græci ἄμαξαν, nos septen-
 triones uocamus, ac de utriusq; uocabuli ratione &
 origine. Cap. XXI.

B Aegina in Piræum complusculi earūde
 disciplinarum sectatores græci Romaniq;
 homines eadem in nauī transmuttebamus.
 nox fuit, & clemens mare, & anni æstas, cælumq;
 liquide serenum. sedebamus ergo in puppi simul uni-
 uersi, & lucentia sydera consyderabamus. Tum quis
 piam ex ijs, qui eodem in numero græcis res eruditi
 erant: quid ἄμαξα esset, quid ἄρπτος, quid βοώτης,
 & quæ nam maior ἄρπτος, & quæ minor, & cur
 ita appellata, & quam in partem procedentis noctis
 spatium mouerentur: & quamobrem Homerus solā
 eam non occidere dicit: cum & quædā alia scite, tum
 ista omnia, ac perite dissebat. hic ego ad nostros iu-
 uenes cōuertor. et quid inquam uos opia dicitis mihi?
 quare quod ἄμαξαν græci uocant: nos septentrio =

A. GEL.

nes uocamus. Non enim satis est, quod VII. stelle
uidemus: siquidem hoc totum, quod septentriones
dicimus, significet. Scire inquam id prolixius uolo
quispiam ex ijs, qui se ad literas, memoriasq; ma-
res dediderat: Vulgus inquit, grammaticorum
triones a solo numero stellarum dictum putat.
Triones enim per sese nihil significare aiunt: sed uo-
li esse supplementum: sicut in eo, quod quinq; dies
dicimus, quod quinq; ab idibus dierum numerus
atrus nihil. sed ego quidem cum Lælio, & Ma-
rone sentio: qui triones rustico uocabulo boues app-
latos scribunt, quasi quosdam teriones, hoc est tri-
da, colendaq; terræ idoneos. Itaq; hoc sydus q;
a figura, posituraq; ipsa, quia simile plaustrum
tur, antiqui græcorū ἑπτάσταν δixerunt: nostri q;
ueteres a bubus iunctis septentriones appellamus
id est a septem stellis, ex quibus quasi iuncta tri-
figurantur. Præter hanc inquit, opinionem id q;
Varro addit, dubitare sese, an propterea magis tri-
ptem stellæ triones appellatæ sint, quia ita sunt
ut ternæ stellæ proximæ, quæq; iter sese faciunt
gona. id est triquetras figuras. Ex his duabus res
nibus, quas ille dixit: quod posterius est, subtilius
gantiusq; uisum est. Intuentibus enim nobis in illa
ita propemodum res erat: ut ea forma esset, ut tri-
quetra uideretur.

De uento iapige, deq; aliorum uentorum uo-
lis, regionibusq; accepta a Phauorini sermonibus

Caput

XXII

Pud mensam Phauorini in conuiuio fami-
 a liari legi solitum erat aut uetus carmen me-
 lia poetæ, aut historia partim græcæ lin-
 guæ, aliâs latinæ. Legebatur ergo tunc ibi in carmi-
 ne latino ἰάπιξ uentus, quæsitumq; est, quis hic uen-
 tus, & quibus ex locis spiraret: & quæ tam infre-
 quentis uocabuli ratio esset. Atq; etiam petebamus, ut
 super cæterorum nominibus regionibusq; ipse nos
 docere uellet: quia uulgo, neq; de appellationibus eo-
 rum, neq; de finibus, neq; de numero conueniret. Tū
 Phauorinus ita fabulatus est. Satis inquit, notum est,
 limites regionesq; esse cæli quatuor, exortum, occa-
 sum, meridiem, septentrionem: Exortus & occasus mo-
 bilia, et uaria sunt. Meridies septentrionesq; statu per-
 petuo stant, & manent. Oritur enim sol non indi-
 dem semper, sed aut æquinoctialis oriens dicitur. cū
 in circulo currit, qui appellatur ἰσσημερινός, aut ὀ-
 μερικός, aut solstitialis, aut brumalis, quæ sunt ὁρι-
 ζῶν τροπικῆ, καὶ χειμερινῆ. Item occidit sol non in eū-
 dem semper locum: fit enim similiter occasus eius
 aut æquinoctialis, aut solstitialis, aut brumalis. Quē
 uentus igitur ab oriente uerno idest æquinoctiali ue-
 nit, nominatur Eurus ficto uocabulo, ut isti ἐτυμολο-
 γοὶ αἰοῦντ ἀπὸ τῆς ἑωρῆων. Is alio quoq; a græcis
 nomine ἀπυλιώτης, a Romanis nauticas subsola-
 nus cognominatur. Sed qui ab æstiva, & solstitiali
 orientis meta uenit: latine aquilo, boreas græce dici-
 tur, eumq; propterea quidam dicunt ab Homero αἰε-
 θυγενέτην appellatū. Boreā, autem putant dictum
 ἀπὸ τῆς βοῆς. quoniam sit uiolenti flatus & sonori.

A. GEL.

Tertius uentus, qui ab oriente hyberno spirat: uentum
turnum Romani uocant. Eum pleriq; graeci
nomine, quod inter notum & eurum sit, ἀπὸ νότου
appellant. Hi sunt igitur tres uenti orientales, A
lo, Vulturinus, Eurus, quorum medius eurus est. Hi
oppositi & contrarij sunt alij tres occidentales, caurum
quem solent graeci ἀπὸ βόρειου uocare. is aduersus
lonem flat. Item alter Fauonius, qui graece uocatur
ζέφυρος. is aduersus Eurum flat. Tertius Africa
qui graece uocatur κίψ. is aduersus Vulturinum
flat. Haec duae regiones caeli orientis, occidentisq; in
se aduersae sex habere uentos uidentur. Meridie
autem quoniam certo, atq; fixo limite est: unum
ridionalem uentum habet. Is latine auster, graece
νότος nominatur, quoniam est nebulosus, atq; huius
est uotis enim graece humor nominatur. Septentrio
nes autem habent ob eandem causam unum. Is
ctus, directusq; in austrum latine septentrionatus
graece ἀπάρκτιος appellatus. Ex his octo uentibus
quatuor detrahunt uentos, atq; id facere se dicunt
mero authore, qui solos quatuor uentos nouerit: Eum
Austriū, Aquilonem, Fauoniū. Versus Homeri
σὺν δ' ἄρως τ' ἔπεισε ζέφυρος τε νότος τε δυσσάης.
καὶ βορέης ἀβριγενέτης μέγα κῦμα κυλινδῶν
A quatuor caeli partibus, quas quasi primas no
nauius, oriente scilicet, atq; occidente latioribus
atq; simplicibus non tripartitis: partim autem
qui pro octo XII. faciunt inter hos quatuor in
dia loca inferentes, cur meridie septentriones ead
ratione, qua secundū quatuor intersiti sunt inter p

mores duos apud orientem, occidentemq; sunt por-
 ro alia quædam nomina quasi peculiarium uento-
 rum, quæ incolæ in suis quisq; regionibus fecerunt,
 aut ex locorum uocabulis, in quibus colunt ex ali-
 qua causa, quæ ad faciendum uocabulum aciderat.
 Nostri nanq; Galli uentum ex sua terra flantem, quæ
 seuissimum patiuntur: circum appellant, à turbine
 (opinor) eius, ac uertigine. ἰάπιγα ex ipsius Appu-
 lia oræ proficiscentem, quasi finibus Appuliæ eodē,
 quo ipsi nomine iapigem dicunt. eum esse propēmo-
 dum caurum existimo. Nam ὄ est occidentalis, ὄ
 uidetur aduersus Eurū flare. Itaq; Virgilius Cleopa-
 tram è nauali prælio in Aegyptum fugientem uen-
 to iapige ferri ait. equum quoq; Appulum eodem,
 quo uentum uocabulo, iapigem appellauit. est etiam
 uentus nomine cæcias, quem Aristoteles ita flare di-
 cit ut nubes procul propellat: sed ut ad sese uocet, ex
 quo uersum istum prouerbialem factum ait
 κακὰ ἐφ' ἐαυτὸν ἔλκων ὡς ὁ ναυίας νέφος. Præter hos
 autem, quos dixi, sunt alij plurifariam uenti com-
 menticij suæ quisque regionis indigenæ, ut est Ora-
 tianus quoque ille Atabulus, quos ipse quoq; execu-
 turus fuit. Addidissēq; eos, qui Etesia et Prodro-
 mi appellantur: qui certo tempore anni, cum canis
 oritur: ex alia atque alia parte cæli spirant: ratio-
 nesq; omnium uocabulorum, quia plus paulo adbi-
 bi: effudissē: nisi multa iam prorsus omnibus uo-
 bis reticentibus uerba feassē, quasi fieret à
 me ἀπόσις ἐπιδεικτικὴ. In conuiuio
 autem frequenti loqui solum unum, neque hone-

stum est inquit, neq; commodum. Hæc nobis Phœn
 rinus in eo, quo dixi, tempore, apud mensam sua
 ma cum elegantia uerborum, totiusq; sermonis con
 tate, atq; gratia denarravit. Sed quod ait uentum,
 ex terra gallia flaret: circum appellari. M. Caton
 libro originum eum uentum cercium dicit non
 cium. Nam cum de hispanis alpinis scriberet; qui
 tra hiberum colunt, uerba hæc posuit. Sed in
 regionibus ferrariæ argentifodinæ pulcherrima
 Mons ex sale mero magnus. quantum demas, tan
 ad crescit. Ventus cercius, cum loquere, buccam i
 Armatum hominem, plaustrum oneratum percellit.
 Quod supra autē dixi etnoias ex alia parte
 parte coeli flare, haud scio an secutus opinionem
 torum temere dixerim. P. Nigidij in secundo libri
 rum, quos de uento composuit: uerba hæc sunt.

Et austri anniuersarij secundo sole flant. Consi
 radum igitur est, quid sit secundo sole.

Consultatio diiudicatioq; locorum facta ex com
 dia Menandri, et Cælij, quæ Plotium inscripta

Caput

XXIII.

Omœdias lectitamus nostrorum poetarum
 sumptas, ac uersas de græcis Menandro,
 Posidio, aut Apollodoro, aut Alexide, et
 busdam item alijs comicis. At qui cum legimus eas
 hil sane displicent, quin lepide quoq; et uenuste
 ptæ uideantur. prorsus ut melius posse fieri nihil
 seas. etenim si conferas, et componas græcæ ipsa

de illa uenerunt: ac singula consyderate, atq; apte iūctis, & alternis lectionibus committas: oppido quādam iacere, atq; sordere incipiunt, quæ latina sunt. Ita græcarum, quas æmulari nequiuerunt, facetijs atq; luminibus obsolescunt. Nuper adeo usus huius rei nobis uenit, Cælij Plotium legebamus. haud quam mihi, & qui aderant, displicebat. Libitum est Menandri quoq; Plotium legere, a quo istam comœdiam uerterat. Sed enim postquam in manus Menander uenit: a principio statim (dij boni) quantū stupere, atq; frigere, quantumq; mutare a Menandro Cælius uisus est. Diomedes hercle arma, & Glauca nō dispari magis pretio æstimata sunt. Accesserat dehic lectio ad eum locum, in quo maritus senex super uxorē diuite, atq; deformi querebatur: quod ancillam suam non inscito puellam ministerio, & facie non in liberali coactus erat uenundare, suspectam uxori quasi pellicem. Nihil dicam ego quantū differat uersus utriusq; eximius: sit & alijs ad iudicium faciendum exponi. Menander sic.

ἔπ' ἀμφοτέρων ἴν' ἐπίκληρος ἢ μέλλειν καθυδύσειν
κατεργάσσα μὲγα, καὶ περιβόητον ἔργον
ἐκ τῆς οἰκίας ἐξέβαλε τὴν λυπῆσαν, ἣν βύλετο.
ἴν' ἐπιβλέπωσι πάντες εἰς τὸ κρεωβύλης πρόσωπον.
ἢ γ' ἀγνωστος εἶχ' ἔμε γυνὴ δ' ἑσποίνα.
καὶ τὴν ὄφιν ὧν ἐκτίσατο ὄνος ἐν πιθήκοις
τί τὸ λεγόμενον ἐστὶ δὴ τὸ σιωπᾶν βύλομαι.
τὴν νύκτα τὴν πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν.
οἴμοι κρεωβύλην λαβῆν ἔμε. καὶ δέκα τάλαντα,
γύναϊον ὄσα πηχέως. ἄτ' ἐστὶ τὸ φρύγμα.

εἶπὼς ἀνυπόστατον διὰ τὸν δλύμπιον.

καὶ ἀθηνῶν ἑδαιμῶς παιδιχάριον, θεραπευτικὸν δὲ
λόγῳ, τάχιον. ἀπαγέσθω δέ τις ἢ ἄρ' ἀντισαγέσθω.

» Cælius autem sic.

» Senex is demum miser est, qui erumnam suam

» Occultare. ferre ita me uxor forma, & factis fac

» Si taceam, tamen iudiciū, quæ nisi dotem, omnia

» Quæ nolis, habet: qui sapit de me discet, qui q

» Ab hoste captus libere seruiō, salua urbe, atq; a

» Quæ mihi quicq̄ placet, eo priuatū, uim me serua

» Dum eius mortem in hio: egomet uiuo mortuus

» Inter uiuos. Ea me, clām se, cum mea ancilla ait,

» Consuetum, id me arguit, ita plorando, orando,

» Instando, atq; obiurgando me obtudit: uti eam

» Venundarem: nunc credo inter suas æquales.

» Et cognatas sermonem serit. Quæ nostrarum s

» Integra ætatula: quæ hoc itidem à uiro

» Impetrarit suo, quod ego anus modo

» Effeci, pellice ut meum priuarem uirum?

» Hæc erunt conalia hodie: differor sermone miser

Præter uenustatem autem rerum, atq; uerborum

duobus libris nequaquam parem, in hoc equidem

leo animum attendere, quod quæ Menander p

clare, & apposite, & facete scripsit: ea Cælius

quaquam potuit, & quidem conatus, enarrare.

quasi minime probanda prætermisit, & alia

quasi mimica inculcauit: & illud Menandri de

hominum media sumptum, simplex, & uerum,

delectabile, nescio quo pacto omisit. Idem enim

maritus senex cum altero sene uicino colloquens,

uicioris locupletis superbiam deprecans, hæc ait.

ἔχω δ' ἐπίκληρον λαμίαν ἐκ ἐρηιάσοι.

τὸτ' ἔχει κυρίαν τῆς δικίας. καὶ τῶν ἀγρῶν.

καὶ πάντων ἀντ' ἐκείνης ἔχομεν ἀπ' ὅλων χαλεπῶν.

καλεπώτατον. ἅπασι δ' ἀρχαλέα ἐστὶν ἐκ ἐμοὶ μόνω,

ἢ ᾧ πολὺ μᾶλλον θυγατρὶ. πρᾶγμα

ἄμαχον λέγεις ἂν οἶδα.

Cælius uero hoc in loco ridiculus magis quã personæ isti, quam tractabat: aptus atq; conueniens uideri maluit. sic enim hæc corripit.

Sed tua morosa ne uxor quæso est? Quam rogas?

Qui tandem? Tædet mentionis, quæ mihi, ubi domũ

Adueni, ac sedi, ex templo suauũ datur. ieiunia aia?

Nihil peccat de suauio, ut deuomas uolt, quod foris

putaueris.

Quid de illo quoq; loco in utraq; comœdia posito æstimari debeat: manifestũ est. Cuius loci hæc ferme sententia. Filia hominis pauperis in puiigilio uitiata est.

Ea res clam patre fuit: et habebatur pro uirgine: ex

eo uitio grauida mensibus exactis parturit. seruus

bonæ frugi, cum pro foribus domus staret: & propin

quare partum herili filiæ, atq; omnino uitiũ esse ob

latum ignoraret: gemitum, et ploratum audit puellæ

in puerperio enitentis. timet: irascitur: suspicatur: mi-

seretur: dolet. Hi omnes motus eius, affectionesq; ani-

mi in græcâ quidem comœdia mirabiliter acres, &

illustres, apud Cælium autem pigra hæc omnia et

a rerum dignitate, atq; gratia uacua sunt. Post ubi

idem seruus percunctando quid aciderat, repperit:

has apud Menandrum uoces facit.

A. GEL.

ὡ τρὶς κακοδαίμων ὅς τις ὦν πένης γαρι
καὶ παιδοποιῆ. ὡς ἀλόγιστος ἔσ' ἀνὴρ.

ὅς μήτε φυλακὴν τῶν ἀναγκαίων ἔχη.

ἢ μητ' ἀνατερίσῃ εἰς τὰ κοινὰ τῶ βίῃ.

ἔπαμφίεσθαι δύναται τῆτο χρήμασιν.

ἀλλ' ἐν ἀνακατακτύπῳ καὶ ταλαιπώρῳ βίῳ,

χειμαζόμενος ζητῶν μὲν, ἀνιαρὸν δ' ἔχων τὸ μὲν

ἀπάντων ἀγαθῶν ἐδυνάμενος.

ὑπερὶ γὰρ ἐνὸς ἀλεγειῶν ἀπαντας νηθετῶ.

*Ad horum autem synceritatem ueritatemq; ueritatem
an aspirauerit Cæcilius consyderemus.*

*Verſus ſunt hi Cæcilij, trunca quædam ex Men
dicentis, & conſarcanantis uerba tragica tumore*

» *Is demum infortunatus est homo pauper:*

» *Qui educit in egestate liberos: cui fortuna*

» *Et res est ut continuo pateat: nam opulento fama*

» *Facile occultat factio. Itaq; ut supra dixi, cui*

Cæcilij uerba seorsum lego, ne utiquam uidentur

grata ignaua q; Cum autem græca comparo,

tendo, non puto Cæcilium sequi debuisse, quod

qui nequiret.

*De uetere parsimonia, de q; anti. quis legibus
ptuarijs. Caput XXXII*

Arsimonia apud ueteres Ro. & uic

P atq; coenarum tenuitas non domestica

obſervatione, ac disciplina, sed p

quoq; animaduersione, legum q; cum pluriū sac

nibus custodita est. Legi adeo nuper in Capitolo

tei collectaneis Senatus decretum uetus C. Fama

M. V. alen

M. Valerio Messala COSS. factum, in quo iubetur principes civitatis, qui ludis megalēsis antiquo ritu mutitarent, id est mutua inter sese convivia agerent: iurare apud COSS. verbis conceptis non amplius in singulas coenas sumptus esse facturos, quam centenos vicenosq; æris, præter olus, & far & vinū, neq; vino alienigena, sed patrio usuros, neq; argenti in convivio plus pondo, quam libras centum illatos, sed post id senatusc. lex fannia lata est: quæ ludis romanis, item ludis plebeis, & saturnalibus, et alijs quibusdam diebus in singulos dies centenos æris in sumi concessit, decemq; alijs diebus in singulis mensibus tricenos. Cæteris autem omnibus diebus denos. Hanc Lucilius poeta legem signat, cum dicit.

Fannij centussisq; misellos. In quo errauerūt quidam commentariorum in Lucilium scriptores: quod putauerunt fannia lege perpetuos in omne dierum genus centenos æris statutos. Centum enim æris Fannius constituit, sicuti supra dixi, festis quibusdam diebus, eosq; ipsos dies nominavit. Aliorum autem dierum omnium in singulos dies sumptus inclusit in tra æris, aliās tricenos, aliās denos. Lex deinde Licinia rogata est: quæ cum certis diebus sicuti fannia centenos æris impendi permisisset: nuptijs duce nos indulgit: cæterisq; diebus statuit æris tricenos, cum et carnis aridæ, et salsamenti certa pondera in singulos dies constituerit. Sed quicquid esset tum e' terra, vite, arboreq; promiscue, atq; indefinite largita est. Huius legis Lælius poeta meminit in erotopæ innijs. Verba Lælij hæc sunt. Quibus hæc dicitur, qui ad epu-

A. GEL.

las fuit allatus, dimissum, coenamq; ita ut lea
 nia sanxisset, pomis, oleribusq; instructam. Lo
 cinia inquit, introducat, lux liquida haedo re
 tur. Lucilius quoq; legis istius meminit in his me
 Legem uitemus Licini. Postea L. Sylla dictu
 cum legibus istis situ, atq; senio obliteratis plerum
 patrimonijs amplis belluarentur: Et familiam
 niamq; suam prandiorum gurgitibus prolussisse
 gem ad populum tulit: qua cautum est, ut calen
 idibus, nonisq; diebusq; ludorum, Et ferijs qu
 dam solēnibus, HS tricenos in coenam in summo
 potestasq; esset. Caeteris autem alijs diebus omni
 non amplius ternos. Praeter has leges Aemiliae
 legem inuenimus: qua lege non sumptus coenarum
 sed ciborum genus, Et modus praefinitus est. In
 inde Antia praeter sumptum aeris id etiam sanx
 ut qui magistratus esset: magistratum uel captum
 set: nequo ad coenam nisi ad certas personas ite
 Postremo lex Iulia ad populum peruenit Caesari
 gusto imperante, qua profestis quidem diebus co
 ti finiuntur, Calendis, idibus nonis, Et alijs quor
 dam festiuis trecenti, nuptijs autem Et repositi
 milies esse. Etia dicit Capito Atteius edictum
 gusti, an Tiberij Caesaris non satis commemorari
 edicto per dierum uarias solennitates, a CCC
 usque duo milia sumptus coenarum propagatos
 ut his saltem finibus luxuriae efferuescentis
 exceretur.

Quid græci ἀναλογίαν, quid contra ἀνωμαλίαν
uocent. Cap. XXV.

In latino sermone, sicuti in græco alij ἀναλογίαν sequendam putauerunt, alij ἀνωμαλίαν. ἀναλογία est similitum similis declinatio: quam quidā latine proportionem uocant. ἀνωμαλία est inæqualitas declinationum consuetudinem sequens. duo autem græci grammatici illustres Aristarchus, & Crates summa ope ille ἀναλογίαν, hic ἀνωμαλίαν defensitauit. M. Varronis liber ad Ciceronem de lingula latina octauus, nullam esse obseruationem similitum docet. Itaq; in omnibus penè uerbis consuetudinem dominari ostendit.

Sicuti cum dicimus inquit, lupus lupi, probus probi, & lepus leporis. Item paro paraui, lauo laui. pungo pupugi, tundo tutudi, & pingo pinxi. Cumq; inquit a cæno, & prandeo, & potō, & cœnatus sum, & pransus sum, et potus sum dicamus, et astringor, tum & extergor, & lauor, astringi, & extersi, & laui dicamus. Item cum dicamus ab osco, thusco, græco, osce, thusce, græce. A gallo tamen & a Mauro, gallice et maurice dicimus. Item a probus probe, a doctus docte sed a rarus nõ dicitur rare, sed alij raro dicunt, alij rarentur. Idem M. Varro in eodẽ libro. Sentior inquit nemo dicit, et id per se nihil est: assentior tamen ferè omnes dicunt. Sisenna unus assentio in Senatu dicebat, & eum postea multi secuti, neq; tñ uincere consuetudinem potuerunt. Sed idẽ Varro i alijs libris multa pro ἀναλογία tuẽda scripsit.

Sunt igitur hi tanquam loci quidam communes
 tra ἀναλογίαν dicere, & item rursus pro ἀναλογίαν

Sermones M. Frontonis, Phauorini philosophi
 generibus colorum, uocabulisq; eorum graecis
 tinis. Atq; inibi color spadix, & cuiusmodi sit

Caput

XXVI.

Phauorinus philosophus, cum ad M.
 tonem consularem pedibus ægrum
 uoluit me quoq; ad eum secum ire.

inde cum ibi apud Frontonem plerisque uiris
 presentibus sermones de coloribus, uocabulisq;
 agerentur: quod multiplex colorum facies,
 lationes autem incertæ, & exiguæ forent: pla
 quit sunt Phauorinus in sensibus oculorum,
 uerbis, uocabulisq; colorum discrimina. Nam
 eorum concannitates omittamus, simplices isti
 uiridis colores singula quidem uocabula, multas
 tem species differentes habent. Atq; eam uocem
 piam in lingua magis latina uideo, quã in gra
 Quippe qui rufus color à rubore quidem app
 tus est. sed cum aliter rubeat ignis: aliter sangui
 ter ostrum: aliter crocus: has singulas rufi uari
 latina oratio singulis, proprijsq; uocabulis nota
 strat: omniaq; ista significat una ruboris app
 ne. Cum tamen ex ipsis rebus uocabula colorum
 tuantur: & igneum aliquid dicit, & flammum
 sanguineum, & croceum, & ostrinum, & aurum
 Rufus enim color, & rubor nihil à uocabulo
 differunt: neq; proprietates eius omnes declar

ἔαυθὸς δὲ καὶ πύρρος. καὶ ἔρυθρός. καὶ ποινκοῦς.

Sed habere quasdam distantias coloris rufi uidentur, uel augentes eum, uel remittentes, uel mista quadam specie temperantes. Tum Fronto ad Phauorinū non inficias inquit, imus, quin lingua græca quam tu uidere legisse: prolixior, fusiorq; sit, quàm nostra. sed in ijs tamen coloribus, quibus modo dixisti, designandis, non perinde iopes sumus, ut tibi uidemur. Non enim hæc sunt sola uocabula rufum colorem demonstrantia, quæ tu modo dixisti, rufus, & ruber: sed alia quoq; habemus plura, quæ quæ dicta abs te græca sunt. fuluus enim, & flauus, & rubidus, & phoeniceus, & rutilus, & luteus, & spadix appellationes sunt rufi coloris, aut acuentes eū, quasi incendentes, aut cum colore uiridi miscentes, aut nigro infuscantes, aut uirenti sensim albo illuminantes. Nam phoeniceus, quem tu græce ποινικα dixisti, noster est. & rutilus, & spadix phoenicei οὐρώρουμα. qui factus græce noster est, exuberantiam splendoreq; significat ruboris. Quales sunt fructus palmæ arboris, non admodum sole incocti, unde spadici & phoenicei nomen est. Spadici enim dorici uocant auulsum è palma termitem cum fructu. Fuluus autem uidetur de rufo, atq; uiridi mistus, in alijs plus uiridis, in alijs plus rufi habere. sic poeta uerborum diligentissimus, fuluam aquilam dicit, et iaspidem. fuluos galeros. & fuluum aurum. & arenam fuluam. et fuluum leonem. Sicq; Ennius in annalibus fuluo ære dixit. Flauus contra uidetur ex uiridi, & rufo, & albo concretus. Sic flauentes co-



me, & quod mirari quosdam uideo, frondes oleorum à Virgilio dicuntur flauæ. Sic multo ante Papius aquam flauam dixit, & flauum puluerem. eius uersus (quoniam sunt iucundissimi) libens me memini.

- » Cedo tamen pedē, lymphis flauis flauū ut puluerem
- » Manibus iisdem, quibus Vlyssi sæpe permulsi, abluam
- » Lassitudinemque nimiam manuum mollitudine.

Rubidus autem est rufus atrore & nigrore mixtus. Luteus contra rufus color est dilucidior.

de eius quoque nomen esse factum uidetur. Non ergo quit, mi Phauorine species rufi coloris plures apud Græcos, quàm apud nos nominantur. sed ne uiridem quidem color pluribus, quàm à nobis uocabulatur. Neque non potuit Virg. colorem equi significare uiridē uolens. cœruleum magis dicere equum quàm glaucū. Sed maluit uerbo uti notiore Græco, quàm inusitato Latino. Nostris autem Latinis ueteribus Phauora dicta est, quæ à Græcis φαιώρις. ut Nigidius ait de colore cœli quasi cœlia. Postquàm hæc Frontinus ait: tum Phauorinus scientiam rerum uberem; uerumque eius elegantiam exosculatus absque te in quo uno forsitan lingua profecto Græca longe antecessit tu nū Frontino quod in uersu Homeroico est: id faceret καὶ ἕννεν ἐπ' ἀρετῆν ἀμφήρισον ἕθνας.

Sed cum omnia libens/audiui, quæ peritissime dixit tum maxime quod uarietatem flauis coloris enarrasti; ut intelligerem uerba illa ex annali. xxiij. nū amœnissima, quæ minime intelligebam.

- » Verrunt extemplo placide mare marmore flauo,

Coeruleum spumat mare conferta rate pulsum.
 Non enim uidebatur coeruleum mare cum marmore
 flauo conuenire. Sed cum sit (ita ut dixisti) flauus co-
 lor uiridi & albo mistus pulcherrime prorsus spu-
 mas uirentis maris flauo marmore appellauit.

Quid T. Castritius existimauerit super Sallustij
 uerbis & Demosthenis, quibus alter Philippum de-
 scripsit alter sertorium. Cap. XXVII.

¶ Erba sunt hæc grauiataq; illustrata de re
 ge Philippo Demosthenis, ἐὼρων δὲ αὐ-
 τὸν φίλιππον πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ ἀγὼν, ὑπὲρ
 ἀρχῆς, καὶ δυναστείας, τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν
 κλεῖν κατεαχότα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον.
 πᾶν ὅτι ἂν βυλιθῆ μέρος ἢ τύχη τῷ σώματι παρελέ-
 σθαι τῷτο προιέμενον, ὥστε τὸ λοιπὸν μετὰ τιμῆς καὶ δό-
 ξης εἶν. Hæc æmulari uolens Sallustius, de ser-
 torio duce in historijs ita scripsit. Magna gloria
 tribus millibus in Hispaniam T. Didio imperante
 magno usu bello marsico paratu militum & armo-
 rum fuit. Multaq; tum ductu eius, quæ rapta pri-
 mo per ignobilitatem, deinde per inuidiam scripto-
 rum celebrata sunt. quæ eminus faciem suam osten-
 tabant, aliquot aduersis cicatricibus, & effosso ocu-
 lo. Quo ille dehonestamento corporis maxime læta-
 batur. Neq; illis anxius, quia reliqua gloriosius reti-
 nebat. De utriusque his uerbis T. Castritius cum
 pensitaret, nonne inquit ultra naturæ modum

A. GEL.

humanae est, de honestamento corporis lætari? Si-
dem lætitia dicitur exultatio quædam animi cum
dio efferuentiore euentu rerum expetitarum. Quo-
to illud syncerius, et humanius, magisq; omnibus
ueniens πάν ὅτι ἀν βελθεῖ μέρος ἢ τύχη τῆ σίμ-
τος παρελέσθαι τῆτο προίεμενον. Quibus uerbis
quit, ostenditur. Philippus non ut Sertorius cor-
dehonestamento lætus, quod est inquit, insolens, et
modicum: sed præ studio laudis, et honoris iacta-
rarum, damnorumq; corporis contemptor: qui sin-
los artus suos fortunæ prodigedos daret quæstu,
compendio gloriarum.

Non esse compertum cui Deo rem diuinam pro-
oporteat, cum terra mouetur uiribus.

Caput

XXVIII.

Vænam esse causa uideatur quamobrem
q ræmotus fiant: non modo his communibus
hominum sensibus, opinionibusq; compe-
tum, sed ne inter physicas quidem philosophias se
constitit, uentorum ne ui accidant specus, hiatusq;
ræ subeuntium, an aquarum subter in terrarum
uis undantium fluctibus, pulsibusq;, ita uti uide-
existimasse antiquissimi græcorum: qui Neptuni
ἰννοσίγαιον καὶ σεισίχθονα appellauerunt, an causa
aliæ rei causa, alterius uel dei uel, ac numine non de-
etiam (sicut diximus) pro certo creditum. Propter
ueteres romani cum in omnibus alijs uitæ officijs,
in constituendis religionibus, atq; in dijs immortalibus
bus animaduertendis castissimi, cautiissimiq;, ubi ter-

mouisse senserant, nuntiatum'ue erat: ferias eius rei
 causa edicto imperabant. Sed dei nomen, ita uti so-
 let, cui seruari ferias oporteret: statuere, et edicere q̄
 sciebant, ne alium pro alio nominando falsa religio-
 ne populum alligarent. eas ferias si quis polluisset:
 piaculoq; ob hanc rem remotus esset: hostiam si Deo,
 si deæ imolabat. Idq; ita ex Decre. PONT. observa-
 tum esse M. Varro dicit, quoniam & qua ui, & per
 quem deorum, dearum'ue terra tremere: incertum
 esset. Sed de lunæ motibus, solisq; defectioibus, non
 minus in eius rei causa reperienda sese exercuerūt.
 Quippe M. Cato uir in cognoscendis rebus multi stu-
 dij, incerta tamen causa et incuriosa, super ea re op̄
 natus est. Verba Catonis ex originum quarto hæc
 sunt. Non libet scribere qđ in tabula apud PONT.
 Maximum est: quoties annona cara, quoties lunæ,
 aut solis lumini caligo, aut qđ obsiterit. usque adeo
 paruifecat rationes ueras solis, & lunæ deficientiū,
 uel scire, uel dicere.

Apologus Aesopi phrygis memoratu non inutilis.

Caput

XXIX.

Aesopus ille e Phrygia fabulator haud im-
 merito sapiens existimatus est: cum quæ uti-
 lia monitu, suasuq; erant: non seuerè, non
 imperiose præcepit: et censuit, ut philosophus mos est:
 sed festiuos, delectabilesq; apologos commentus res sa-
 lubriter, ac prospicienter animaduersas in mentes a-
 numosq; hominum cum audiendi quadam illecebra
 induit. uelut hæc eius fabula de auiculæ nidulo lepi

de atque iucunde praeponet spem, fiduciamque; remanens
 quas efficere quis possit: haud unquam in alio, sed
 in semetipso habendam. A uicula inquit est parua
 nomen est Cassita: habitat, nidulaturque in segetibus
 id ferme temporis, ut appetat messis pullis iam
 plumantibus. Ea Cassita in segetes forte concessit
 tempestiuiores, propterea frumentis flavescere
 pulli etiam tunc inuolucres erant. Cum igitur
 iret cibum pullis quaesitum: monet eos, ut siquid
 rei nouae fieret, diceretur ue: animaduertent, ut
 uti sibi, ubi redisset, nuntiarent. Dominus postea
 getum illarum filium adolescentem uocat: et
 ne inquit, haec ematuruisse? et manus iam postulat.
 Icirco die crastini, ubi primum dilucul abibit, fac
 eos adeas, et roges ueniant, operamque mutuam de
 et messem hanc nobis adiuuent. haec ille ubi dixit
 discessit, atque ubi redijt Cassita, pulli trepiduli
 cum strepere, orareque matrem, ut statim iam prop
 ret, atque alium in locum sese asportet. nam dom
 nus inquit misit, qui amicos rogaret, uti luce
 ente ueniant, et metant. Mater iubet eos a metu
 tiosos esse. Si enim dominus inquit, messem ad
 eos reijcit: crastino seges non metetur: neque necesse
 hodie uti uos auferam. Die igitur postero mater
 bulum uolat: dominus quos rogauerat opperitur
 feruit, et fit nihil, et amici nulli erant. Tum
 rursum ad filium, amici isti inquit, magnam in pe
 tem cessatores sunt, quin potius imus, et cognati
 affines, uicinosque nostros oramus, ut adsint cras
 pori ad metendum? Itidem hoc pulli pauca facti

erunt. Mater hortatur, ut tum quoq; sine metu, ac sine cura sint: cognatos, affinesq; nullos ferme tam esse obsequibiles ait, ut ad laborem capescendum nihil euocentur, & statim dicto obediant. Vos modo inquit, aduertite, si modo quid denuo dicetur: Alia luce orta, auis in pastum profecta est. cognati & affines operam, quam dare rogati sunt: superse dent. Ad postremum igitur dominus filio ualeant inquit, amici cum propinquis. Afferes prima luce falces duas, unam egomet mihi, & tu tibi capies alteram, & frumentum nosmetipsi manibus nostris cras metemus. Id ubi ex pullis dixisse dominum mater audiuit: tempus inquit est cedendi, & abeundi, fiet nunc dubio procul quod futurum dixit. In ipso enim iam uertitur, cui a est res, non in alio, unde petitur. Atq; ita Cassita nidum migravit, & seges a domino demessa est. Hæc quidem est Aesopi fabula de amicorum & propinquorum leui, & inani fiducia. Sed quid aliud sanctiores libri philosophorum monent, quam ut in nobis tantum ipsis nitamur? alia autem omnia, quæ extranos, extraq; nostrum animum sunt: neq; pro nostris, neq; pro nobis ducamus? Hunc Aesopi apologum Q. Ennius in satyris, scite admodum & uenuste uersibus quadratis composuit: quorum duo postrenni isti sunt: quos habere cordi & memoriae operæpretium esse.

Heracle puto hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm:

Nequid expectes amicos, quod tu agere possis.

Quid obseruatum sit in undarum motibus,
quæ in mari alio, atq; alio modo sunt austris
tibus, aquilonibusq;. Caput XXX.

h Oc sæpenumero in undarum motu ob-
seruatum est, quas aquilones ueti, quiq; ex
dem cœli regione aer fluit, quas uel
in mari austri, atq; africa. Nam fluctus, qui flate
quilonem maximi, ac creberrimi excitantur, simul
uentus posuit sternuntur, & conflascunt: & mo-
fluctus esse desinunt. At non idem fit flante austri
uel africo. quibus iam nihil spirantibus: undæ tan-
factæ diutius tument, & a uento quidem iandæ
tranquillæ sunt. sed mare est etiam, atq; etiam
dabundum. Eius rei causa esse coniectatur: quod
ti a septentrionibus ex altiore cœli parte in mari
adentes, deorsum in aquarum profunda quasi
apites deferuntur: undasq; faciunt non prorsus
pulsas, sed ui intus commotas: quæ tantisper eru-
uoluntur, dum illius infusi de super spiritus uis
net. Austri uero, & Africa ad meridianum orbis
culum, & ad partem axis infimam depressi, inf-
riores, & humiles per suprema æquoris euntis
erudunt magis fluctus, quàm eruunt: et ideo
desuper lesæ, sed propulsæ in aduersum aquæ etia
desistente flatu retinent aliquantisper de pristino
su impetum. Id autem ipsum, quod dicimus, ex illis
quoq; homericis uersibus, si quis non incuriose legat
adminiculari potest. Nã de austri flatibus ita scrip-
ἴθρα νότος πάντοιο λυδῶνα εἰς λίαν ὠθεῖ

Contra autem de Borea, quem Aquilonem appellamus, alio dicit modo.

καὶ βορρῆς αἰθριγενέτης μέγα κῦμα κυλίειδων.

Ab Aquilonibus enim qui alti, superniq; sunt, flus etus excitatos quasi per prona uolui dicit. Ab Austris autem ijs, qui humiliores sunt: maiore ui quadā propelli, sursum atq; subijci. Id enim significat uerbum λέειν ὄθῃ. Sicut in alio loco, λέειν ἄνω ὄθῃ. Id quoq; a peritissimis rerum philosophis obseruatum est, austris spirantibus mare fieri glaucum, et cœruleū, aquilonibus obscurius, atriusq;. Cuius rei causam cum Aristotelis libros problematum percerpissimus, notauit. Cur austro spirante mare cœruleum fiat? Aquilone obscurius atriusq;. An propterea quod aquilo minus mare perturbat? Omne autem, quod tranquillius est, atrum esse uidetur.

AULI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII.
LIBER TERTIVS.

Quæsitum, ac traditum quam ob causam Sallust. auaritiam dixerit non animum modo uirilē, sed corpus quoq; ipsum effœminare. Caput I.

h Yeme iam discedente apud balneas si-
cias in area sub calido sole cum Phauo-
rino philosopho ambulabamus, atq; ibi
inter ambulandum legebatur Catilina
Sallustij, quem in manu amici conspe-